



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 43. Navarræ Rex spe lucri Catholicis favens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

Sæcul. XVI. præsens adfuisse, hinc summo Pontifici
A.C. 1562. his respondit: „Sanctitatis vestræ jussa
 „exequi, semper mihi cordi fuit: de ce-
 „tero autem, ubi gravissima incidit ne-
 „cessitas, mihi persuasum habeo, quod
 „prudens fuerit consilium obtrectantis
 „populi calumnias, earumque discrimen
 „subeundi, ut mala, quæ secus immine-
 „rent, evitentur: simili quoque necessi-
 „tate adactus Possiacensi colloquio inter-
 „fui, facile autem a Doctoribus Catholi-
 „cis explorari potest, quantum roboris,
 „ac constantiæ ex mea præsentia iidem-
 „met Doctores hauserint, ut sese hære-
 „ticas opponere, veritatemque tueri au-
 „derent. „

§. XLIII.

Navarræ Rex spe lucri Catholicis favens.

Pall. n. 5.
 & 6.

Interim Antonius Borbonius Navarræ
 Rex Catholicis semper sese propen-
 sum præferebat, spe concepta, quod
 hac ratione ad Pontificis preces ab Hi-
 spaniæ Rege non modo Navarrici Re-
 gni injuste abrepti compensationem, sed
 etiam Avenionensem Legationem fratri
 suo Borbonio Cardinali, qui eam enixe-
 petebat, impetrare possit: quapropter
 hac potissimum ratione impulsus tan-
 quam Regni Vicarius promulgato edi-
 cto præceperat, ut omnes Parisienses,
 qui

qui novæ sectæ nomen dedissent, arma Sæc. **XVL**
 ponerent, si vero id recusarent, ex urbe **A.C. 1562.**
 excederent. Hoc edictum Hæreticis
 summopere displicuit, eorumque plures
 abidere, quos inter præcipuus erat Con-
 dæus Princeps Navarræ Regis Frater,
 qui cum quingentis suæ factionis homi-
 nibus inde discessit.

Pariter Joanna Albreta Navarræ Re-
 gis conjux secesserat, cuius tamen Filium
 natu majorem illius Maritus in fidei
 Orthodoxæ præceptis imbui sedulo cu-
 rabat: verum frustranea erat illius sol-
 licitudo; quippe inter cetera, quibus Na-
 varræ Regem ad sua studia pertrahe-
 re tentabant Catholici, media erat quo-
 que facta spes cuiusdam diplomatis Ro-
 ma obtinendi, vi cuius repudiata Joan-
 na Albreta hæretica sibi desparsare pos-
 set Mariam Stuartam Francisci II. vi-
 duam, quibus nuptiis non modo Sco-
 tiæ, sed & Angliæ Regnum, cuius pro-
 xima hæres esset, aquirere valeret (*):
 insu-

(*) Navarræ Regem obtinendæ dispensa-
 tionis spe fuisse pelleatum, aut de conciliando
 hoc connubio, illiusque uxoris repudio un-
 quam actum fuisse, altum est apud Scriptores
 silentium: perperam igitur hæc conficta sunt
 a Continuatore, qui minus fideliter allegat
 Pallavicinum, cum tamen ille non de Navar-

Sæcul. XVI. insuper eidem promittebatur, quod Hispaniæ Rex ei Sardiniæ Insulas cessurus esset: ast Navarræ Rex de Joanna Albreta repudianda nunquam sibi mentionem fieri patiebatur: aliunde vero ceteræ spes, quibus lactabatur, solidis erant destitutæ rationibus.

§. XLIV.

*Sabrinense colloquium inter Guisum
Ducem, Cardinalem Lotharingum,
& Wirtembergæ Ducem.*

Thuan. l. 29. **C**um Condæus Princeps, & Colinus Maris Præfæctus potissimum fœdus *Mezeray* chron. abregé adversus se conflari perciperent, a Ger-
t. 6. p. 67. maniæ hæreticis opem, præfidiumque *Belc. comm.* petebant: re autem comperta Guisius *l. 29. n. 79.* Dux, ejusque frater Cardinalis Lotha-
ringius

ræ Regis, sed de illis consobrinæ connubio mentionem facit. n. 7. his verbis: *Nova præterea parabatur affinitas, profutura conciliandæ Antonii, multorumque Galliæ Procerum gratiæ, ad prosperum Concilii progressum: ea erat conjugium, quod agitabatur, ac postea confessum est, inter ejusdem Antonii Sobrinam, viduam reliktam Ducis Novioduni, amplæ ditionis hæredem, & Ludovicum Ducis Mantuani fratrem, & nepotem ex fratre Cardinalis, in quem tanquam primum inter Synodi Præsides filium moliminis præcipua gloria recidebat.*